

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

3. De præstantia Paupertatis Religiosæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

DE

issione  
ocat il-  
neliora  
tis per-  
li siqui-  
, & ta-  
possumt  
diuinæ  
i utilis-  
arctil-  
osus per  
r Chri-  
p si. Qui  
, inquit  
st, quo-  
benesi-  
test ali-  
non bi-  
calefie-  
os Deo  
piamus  
, fieri  
cum nō  
um de-  
ex voto  
Deum  
quam

VOTIS RELIGIOSORVM. 537

quam quæ non sunt ex voto facta. 1. quia sunt ex affectione maiori: maior enim est affectio eius, qui ita quipiam vult, ut sibi fas nō sit aliud velle, quam eiusqui vult tantum aliud, sic tamen ut liceat contrarium. 2. quia ex duplice virtute procedunt, qui enim amore Dei seruat castitatem, vñā tantū exercet virtutem, nempe continentiam: qui vero seruat castitatem ex voto, exercet duas continentiam & religionem 3, quisquis vouet, vel vouet, ut emittat votum & obliget se Deo, vel ut postea teneatur reddere quod voulit, ratione vtriusque autem maximū sequitur meritum. Primi quidem quia maxime voluntaria est actio: sic enim vult, ut nō possit revocare ipsum velle Secundi vero, quia velle reddere est actus latræ, qui est actus nobilissimus.

### M E D I T A T I O III.

#### *De præstantia Paupertatis Religioꝝ*

CONSIDERA, paupertatem Euangeli-<sup>1.</sup>  
cam, qua religiosus diuitias omnes i-  
psosque auri montes quasi stercora, ut ait  
Paulus abominatur, idq; propter Dei a-  
morem, spemque vitæ æternæ, omnibus  
L 1 s      virtu-



## 538 MEDITATIONES DE

*Lib. 5.* virtutibus eminere & esse, vt Ambrosius  
*in Luc.* loquitur, ordine primam, & quasi aliarum

*virtutum parentem.* Religiosus enim dum  
 vouet illam, non solum omniibus facultati-  
 bus se exuit, & nudus nudum sequitur

*Christum, sed in eo statu se ponit, vt nihil  
 proprij habere possit. Vnde Cassianus di-*

*c. 13.*

*cit magnum crimen fuisse, si monachus  
 dixisset, codex meus, tunica mea Quare &*

*Mat. 3. Christus inter octo beatitudinaes, id est, vir-  
 tutes quae hominem in hac vita beatum  
 faciunt paupertati principem locum de-  
 dit, eidemque summum præmium attri-  
 but. Beati, in quiens, pauperes spiritu, quo-  
 niam ipsorum est regnum cœlorum.*

2. Considera, præstantiam eius maxime

*2. Cor. sumi ab exemplo filij Dei, qui, vt ait Apo-*

*Mat. 8. stolus, cum diuines esset, factus est pro nobis  
 egenus, & ita egenus, vt dixerit. Vulpes fo-  
 neas habent, & volucres cœli nidos: filius ve-  
 ro Dei non habet, ubi caput suum reclinet.  
 Vnde nec in domo, sed in stabulo, coquea-  
 lieno nasci voluit, & licet in manu habe-  
 ret omnes fines terræ, ali orū eleemosynis  
 viuere, & stipem mendicando querere, pau-*

*ps. 39. perem habere matrem & patrem, nempe  
 fabrum. Pauperes item discipulos. In pau-  
 pertate demū & nuditate vitam claudere.*

Hunc



DE

VOTIS RELIGIOSORVM. 589

Hunc sanè statum, nisi sapientia Dei se dignum cognouisset, non assumpsisset, nisi sciuisse paupertatē esse gemmā pretiosissimam, licet mundo viliissimā, non ad eam quærendam de cœlo descendisset, non per pauperes & nudos pescatores tanta miracu-  
lat fecisset, & totum mundū cōuertisset.  
Certe aut mūdus errat magni facere per-  
gens opes & diuitias, aut Deus eas conte-  
maens: at impossibile est Deum errare, er-  
go turpissimè errat mūdus.

Considera ex iudicio mundi liquere e-  
ius præstantiam. Si enim quis ex paupere  
repente fiat diues, mundus non admodū  
miratur: at contra si quis ex diuite & co-  
pioso sponte fiat pauper, & omnia deserat  
agros, vineas, vrbes, summo pere miratur,  
eo quod nihil putet diuitiis esse nobilis,  
nihil abiectius inopia. Secundò, perpen-  
desedulò, an reuera mundus possit cum  
opibus, omnibusque deliciis suis ita exsa-  
turare cor humanum, ut acquiescat? Non  
certe, quia mundi sectatores, quo plus ha-  
bent hoc amplius habere desiderant, &  
cum satiari nequeant partis, ad veram a-  
nimi quietem nunquam perueniunt. At  
religiosus, qui neque proprium quic-  
quam habet, neque habere desiderat,

victu



540 MEDITATIONES DE

victu & amictu medicō contentus viuit,  
coquē similior est beatis in cœlo : vt enim  
hi sua gloria omnes contenti in cœlo vi-  
uunt, sic ille paupertate religiosa conten-  
tus degit in terra & video fortasse à Christo  
dictum est, pauperum spiritu, non futurū,  
sed iam esse regnum cœlorum.

Matt.

s.

MEDITATIO IV.

*De utilitate religiosæ paupertatis.*

CONSIDERA mirabiles eius utilitates  
nam primò tollit superbiam , & alia  
multa vitia , quæ homines occasione opū  
cōmittunt, vel potentiaz, quæ opes comi-  
tatur. 2. valet ad peccata p. æterita expian-  
da & delenda. 3. hominem inutili rerum  
terrenarū solicitudine liberat. 4. virtutes  
fere omnes inducit, vt temperantiam, mo-  
destiam, & maximè humilitatem, quæ est  
eius velut germana soror, 5. auellit animū  
ab amore huius mundi, omniumque eius

*Heb. 13* voluptatum, & trāsfert in amorem rerum  
cœlestium vt dicat. *Non habemus hic cui-.*

*Matt.* *tatem , sed futuram , quæ in cœlo est, inqui-*

*19.* *rimus. 6. hominem perfectū reddit in hac*

*vita, iuxta illud. Si vis perfectus esse, vade,*

*vnde*